

TABVLA RECITATIONVM

IN
ACADEMIA LVDOVICIANA
PER SEMESTRE AESTIVVM
A DIE XIX. APRIL.
CICDCCCLXXVIII.
INCHOANDARVM.

RECTOR
ACADEMIAE LVDOVICIANAE
D. CHRISTIANVS HENRICVS
SCHMID
CVM SENATV.

Et si, quam Vir Clarissimus *Frid. Gorl. Barthius* anno CICDCCCLXXVII. Lipsiae typis man-
dauit, carminum *Propertii* editio virorum doctorum laudibus merito sit comprobata,
coque potissimum nomine collaudanda videatur, quod editor vestigiis *Heynii*, viri sum-
mi, insistat: attamen in explicando poeta, qui exercitatissimum quemque interpretem
fatigat, somnum ipsi interdum obrepisse, quis est, qui illi non ignoscat? Datus enim
hanc veniam petimusque vicissim. Verum enim vero, quoties, praelectionibus academicis
praefaturus, Vobis, *Comitizones aestivissimi*, exponere nonnulla conor, quae prodeesse si-
zul atque delectari possint, stricturae in praedictos autorum veterum commentatores, eas
praecipue ob causam mihi arridere solent, quoniam sperare possum, Vos clarissimorum inter-
pretum erroribus admonitos in legendis poetis antiquis Vestris potius quam alienis oculis
vsiros esse. --- In elegia prima libri primi v. 34. *Propertius* de doloribus, quos ipsi *Cynthiac*
suas amor excitet, his verbis conquestus est:

In me nostra Venus noctes exercet amaras,
Et nullo vacuus tempore defit Amor.

Cur *vacuus* hic Amor dictus sit, nullam *V. C. Barthius* in editione ipsa rationem reddidit; verum in dissertationibus criticis, quibus antea iamiam poetam illustrare aggressus erat, (*Vorlesungen über einige Elegien des Properz* Dresden 1775. p. 29) explicare epitheton illud studuit. *Vacuus* scilicet Amor ipsi videtur, quoniam animis tantum imperet otio fruentibus, quoniam ipse otio delectetur, & quoniam tandem omnia alia negotia eo solum contilio reliquerit, ve-
torquendo poetac vacare possit. Primum, vt dicamus quod res est, suspectae nobis esse so-
lent interpretationes omnes, quae duplicem aut triplicem eidem vocabulo significationem tri-
buunt, ambiguumque autori sensum affingunt. Deinde, quod primam, quam *Barthius* sua-
fit, explicationem attinet; et si laboribus curisque seuerioribus animum ab amore paulisper a-
verti posse non ignoremus, tantam tamen vim Amori poetar tribuere solent, vt vel librorum
vallo circumscriptos aggrediatur. Quaerebam, *Propertius* ipse (ll. 3. v. 7.) ait:

Aut ego si possem studiis vigilare feueris;
Differtur, nunquam tollitur ullus amor.

Amorem otio sese dedere (dass er ein Müßiggänger sey,) atque ab omni negotio vacare, ne-
mo vnuquam poetarum dixit. Quanquam enim nonnunquam dormientem poetar singunt, ple-
rumque tamen impigro studio cum aut volitare aut retia tendere statuunt. Quoniam vero om-
nia alia negligi ab Amore *Barthius* contendat, vt poetam eo acerius insequi possit, vix ulli
haec in sola voce *vacuus* contineri in mentem veniet. Aliam potius in medium proferemus.
expli-

explicationem, quam versus cum antecedentes cum consequentes queri videntur. Furorem amoris ipsi toto anno non desicere, sed aduersis ipsum diis amare, *Propertius* v. 7. dixerat. Se non conuertere posse dominac mentem, atque sine villa spe amare, hoc potissimum elegiac argumentum constituit. *Vacuus* ergo Amor, qui cum nunquam deserit, Amor est, qui nullam puellam conciliare potest; sicuti enim vacuus equus est, qui equite caret, ita vacuum amorem, irritum, vanum, inanem fons, quisquis duram puerilam amat. Quamvis poetam *Cynthia* aspernaretur, quamvis amici cum ab illa reuocarent; atamen noctes amaras expertus est. Quare amicos ita alloquitur:

Hoc inoneo, vitate malum, sua quemque moretur

Cura, neque assueto mutet amore locum

quibus verbis eos adhortatur, vt amicae quamvis saeuae adhaereant. Licet enim animum diuillere ab ea velint, amor tamen infixus restabit, *vacuusque eos mirum in modum exercebit*; quod permultis Tibulli elegiis illustrari posset. — Caeterum tales iam Vestrum, *Commilitones aestumarissimi*, in me animum cognoui, vt industriæ, ad quam Vos excitare officii ratio iubet, non salutis tantum Vestrae, sed mei etiam causa documenta praecclara edituros Vos esse, confidam. Postquam aliorum Rectorum nomine grauioribus verbis Vos saepius adhortatus sum: iam summo ardore Vos obtestor, vt me reipublicae nostræ gubernaculis admotum integranti illo gudio beatis, Vos omnes assiduos, diligentissimos, artiumque liberaliorum studiosissimos videndi.

LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IO. HERM. BENNER, Acad. Senior. Hora X-XI. *historiam theologie litterariam*, hora XI-XII. *exegetin epistolæ ad Galatas*, adiuncto vsu homiletico, tradet. Hora IV-V. Compendium adiquod; suum, vel alterius, exponet, *dogmaticum*, vel *moralis*. Disputationes publicas & priuatas in varias theologiae partes offert.

D. IOH. GEORG BECHTOLD Praeter consuetas lectiones dogmáticas hora VIII. habendas, hora VIII. in interpretandis N. T. tabulis perget, explicatis antea ex Hebraeo fonte Psalmis & reliquis T. V. oraculis, in epistola ad Hebracos, superiori semestri, vna cum epistolis ad Titum & Philemonem, absoluta, a Paullo excitatis, hora denique XI. vel de iis, quae ad intelligentiam librorum ecclesiae nostræ symbolorum scitu sunt necessaria, exponet, vel, si pat labori sustinendo auditorum numerus adfuerit, historiae ecclesiasticae N. T. universæ capita, duce celebrat, Schroechchio, praeleget; ad lectiones quoque *polemicas* non minus, quam ipsas *disputationes theologiae*, five publicas five privatas, paratus. Singulas lectiones suas intra semestre spatium absolvet.

D. LUDOVICVS BENIAMIN OUVRIER Hora VIII - IX. docebit theogiam moralē ad D. Lessium IX - X. theolog. dogmat. praeente D. Danovio. XI - XII. Historiam N. T. recentiorem, a tempore reformationis usque ad nostra tempora enarrabit, duce b. Moshemio. Hora Dimis auditoribus commoda praecepta tradet homiletica, e compendio suo.

LECTIONES IURIDICAE.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH *Institutiones ex HEINECCHI elementis nou. edit.* hor. VIII. *Ius criminale* ex suo compendio hor. X. *Ius canonicum* ex G. L. BOEHMERO hor. II. sex per hebdomadem diebus tradet. *Doctrinam successionis ab intestato* hora commoda docebit ad filium sui libelli. Offert quoque iis, qui profectum suorum periculum facere cupiunt, *disputatorium* aut *examinatorium*.

D. CHRISTIANVS HARTMANNVS SAMVEL GATZERT Hor. VII - VIII. *Ius fendale*; Hor. VIII - IX. *Ius publicum* I. R. G.; Hor. III - III. *Ius Germanicum priuatum* tradet. Hora XI - XII. *Theoriae Processus & Collegio Practico destinata est*, aut praelectionibus diplomaticis.

D. LUDOVICVS IVLIVS FRIDERICVS HOEPFNER Semestri hoc gestiu explicabit *pandectas* ex Boehmero hora IX - X. & XI - XII. singulis diebus hebdomadis; die Mercurii & Saturni præterea adiunget horam II - III. *Historiam iuris* enarrabit Selchovio duce hora X - XI. *historiam literariam iuris* ex Nettelbladtio hora I - II.

HELVICVS BERNHARDVS IAVP D. hora VII - VIII. collegium practicum denuo aperiet. Hora VIII - IX. ius publicum S. R. I. hora X - XI. historiam imperii, hora XI - XII. alternis diebus ius priuatum principum & processum imp. docebit; ad alia, praeferit Encyclopaediam iuris, quoque paratus.

LECTIONES MEDICAE.

D. IO. WILH. BAVMER, Med. Prof. primar. hor. VIII. diebusiae, & suis & suis medicinam forensem, ad compendium suum, proponet. Eadem hora diebus & & hui politiam medicam a se editam explicabit. Hora X. singulis diebus profestis in b. m. Dni 10. Zach. Platneri artem medendi, singulis morbis accommodatam, nota Dnis Philiatris dexteritate, commentabitur. Nec Dnis Med. Candidatis, sub inductione sua praxim clinicam facturis, occasionses subministrare, tergiuersabitur. Hor. XI. Si auditores comparuerint; collegium pathologico - therapevticum, clementissimo SERENISSIMI PRINCIPIS iussu publice habendum, iterum aperiet.

D. CHRISTOPHORVS LVDOVICVS NEBEL, Med. Prof. publ. ord. Artem obstericalem in Compendium Steinianum denuo auspicabitur: hora III - IV. Chirurgiam in Platneri institutiones hora XI - XII. tradet. Materiam medicam, Spielmanno duce, hora auditoribus commoda offert. Diebus Saturni hora I - II. Historiam medicinae literariam ex propriis schedis. Alia quoque desiderantibus haud negabit.

D. IO. LVD. FRID. DIETZ, Prof. Med. Ord. Per semestre aestuum Hor. IX - X. Physiogiam praeunte Hallero docebit, atque praeparatis anatomicis illustrabit. Die Lunae & Martis Hor. X - XI. Osteologiam & Myologiam, Plenckio praemonstratore; eadem hora die Iouis & Veneris Diaeteticam Ludwigio duce explicabit. Pathologiam generalem etiam desiderantibus, haud deerit.

LECTIONES PHILOSOPHICAE.

ANDREAS BOEHM, Log. Met. & Math. P. P. Bibliothecae acad. Praefectus. Singulis diebus profestis hor. VIII. ut & diebus mercurii & saturni hor. VII. metaphysicam, reliquis eadem hora logicam ad ductum compendiorum a se editorum, Mathesin prim. h. II, algebraem tempore auditoribus commodo exponet. Bibliothecae publicae fores t. c. pandet.

IOH. CHRISTOPH. FRIED. SCHVLZ, LL. Or. Gr. & Antiqu. P. P. O. Hor. X - XI. Epistolas Pauli ad Roman. Galat. & Ephes. ex recensione Griesbachiana interpretabitur. Hor. III - IV. Grammaticam Ebraicam ex Institutionibus Celeb. Schroederi LL. Or. apud Groningen Prof. O. docebit, simulque loca nonnulla Codicis hebr. selectiora grammatice & philologice explicabit. Hor. IV - V. Fundamenta linguae Arabicae ex Chrestomathia Perillustr. Michælis tradet. Linguam Anglicanam promore docebit publice hor. I - II.

D. CHRIST. HENR. SCHMID, Poësos & Eloqu. P. P. Publice Hor. III - IV. diebus Lunae, Martis, Iouis & Veneris Horatii Odas illustrabit. Priuatum Hor. VIII - IX. Institutiones Stili Latini duce Heineccio diebus Lunae, Martis, Mercurii, Iouis & Veneris tradet, die Saturni elaborationes Latinas corriget; Hora IV - V. Notitiam librorum cuius studiose utilissimorum e Millero tradet; denique Antiquitates Romanas e Grunero explicandas Hor. V - VI. offert.

ERICVS CHRISTIANVS KLEVESAHL, Moral. Iur. Nat. & Gent. P. P. O. Hora X. Ius Naturae, Sociale & Gentium DRIESIO duce Hor. VIII. Philosophiam practicam universalem, totius Philosophiae practicæ Historiam praeunte FEDERO, eodemque Hor. XI. Philosophiam moralem Regulasque prudentiae; In Horis autem pomeridianis III. IV. VI. Philosophiam moralem Regulasque prudentiae; In Horis autem pomeridianis III. IV. VI. Veritatem Religionis Christianae cum NOESSELT V. Theologiam Catecheticanam ad inductionem b. ZACHARIAE & Pastoralem secundum V. IACOBI Beitrag zur Pastoral. Theologie docebit.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER, *Historiarum P. P. O.* Historiam Statuum Europae ad Compendium proprium, hora VII - VIII. Historiam *Vniuersalem* ad Comp. proprium hora VIII - IX. Historiam *Literariam* ad Comp. Baumannianum hor. IX - X. docebit, ad plures Praelectiones, historicas, statisticas, heraldicas paratus. In primis offert historiam Imperii R. Germ. Procerum ad Comp. proprium.

LECTIONES OECONOMICAE.

IO. AVGVSTVS SCHLETTWEIN, Semestri, quod instat, aestiuo docebit I.) hor. VII - VIII. matutina *Noritiam rerunpublicarum Europae politicam*, die Statistic, duce *Achenwallio* in libello: Staatsverfassung der heutigen vornehmsten Europaeischen Reiche und Voelker; II.) hor. VIII - IX. *Oeconomiam Forestalem* secundum *Succovii* Einleitung in die Forstwissenschaft; III.) hor. X - XI. *Technologiam* ad ductum *Beckonanni* in libello: Anweisung zur Technologie, oder zur Kenntniß der Handwerke, Fabriken, und Manufacturen &c. IV.) hor. XI - XII. *Oeconomiam politicanuviuersam*, oder die Grundsaetze der Gesetzgebung, Policey, und gesammtten Staatswirtschaft secundum proprium systema, quod nunc in publicum exitit sub titulo: *Grundfeste des Glücks der Staaten, oder die politische Oekonomie*.

D. IO. WILH. BAVMER, Hist. natur. & Chemiae Prof. Hor. IX. diebus Dae, & tis Zis & Qis b. m. Dni Io. Frid. Cartheusieri elementa chemiae dogmatico experimentalis enucleabit. Eadem hora, diebus Zii & Hui hydrographiam subterraneam, ad sua praecepta nuper edita, tradet. Experimentis chemicis horae diei Hui pomeridiana dicatae sunt. Praeter ea, tempore subsecino, Dnis Commilitonibus commido, itinera, historiae naturalis, in ipsis naturae officinis, penitus cognoscendae causa, instituet.

ANDREAS BOEHM, *Mechanicum & connexas Matheos applicatae partes* praeente *Wolffio* ita tradet Hora I. ut eorum praecipue, qui studiis oeconomicis incumbunt, commodis inferuiat.

D. IO. LVD. FRID. DIETZ, Hor. II - III. pomeridian. Medicinam Veterinariam duce *Erxleben* exponet.

IOH. PHIL. BREIDENSTEIN, *Oeconomiae Ruralis & Rei Calculatoriae Cameralis P. P. O.* Hora VIII. matutina, aut quacunque alia, quam dilectissimis Dominis Commilitonibus eligere placebit, *Oeconomiam Ruralem* duce *Succovio*, X. vero *Rens Calculatoriam Cameralem* praecente *Wideburgio* enucleabit, *Technologiae insuper explanationem* desiderantibus opera non defuturus.

GEORG FRID. WERNER, Omnia ea docebit, quae ad praxin Geometriae pertinent. Singulis diebus Saturni eum in finem cum auditoribus suis in campos expatiabitur, aliisque quatuor per septimanam horis suo tempore indicandis methodum tradet, ex captis in campo mensuris figuris in charta delineandi, arcas computandi, easdem in partes diuidendi & aptas atque venustas icones conficiendi. Versus finem semestris artem libellandi exercabit, ut & praecepit, quae ad officium peraequatoris spectant, iis exponet, qui his rebus insitib[us] enpiunt.

LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

JOANNES CHRISTIANVS DIETZ, SS. Theolog. Profess. publ. extraord. Lectiones analyticofundamentales in Psalmos, nec non in Acta Apostolorum, vbi pedem iam figere debebat, continuabit, hor. II. pom. Epistolam diuini Pauli ad Titum exegetica methodo desiderantibus explicabit hora III. pomerid.

D. IOAN. WILH. CHRISTIAN. BAVMER, Medic. Prof. Extraord. Hora IX - X. Botanicam, secundum systema sexuale Linneanum, tradet, & diebus Hui excursiones, ad plantas indigenas in locis natalibus demonstrandas, instituet. Hora II - III. Artem obstetricandi, ad ductum b. m. Dn. Roedereri in Elementis artis obstetricandi, proponet. Hora III - IV. Osteologiam, b. m. Dn. Albino duce, in tr. de ossibus corporis humani, docebit.

Praeter ista Generofissimis Nobilissimisque Ciubus de luculenta equitandi, pugnandi gladio saltandi palaestra, Gallicae item & Italicae linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.